



TVtilo excellenti ingenio præditus fuit. Itaque ut sese commodius in liberalibus artibus exercere, atque studijs incumbere posset, sese ad Sangallenses monachos contulit, atque Benedictinorum ordinem assumpsit. ibi adeò profecit, ut breui alios uarijs artibus superaret. In primis autem amabat Mathematicas disciplinas, atq; instrumenta Musices. Itaq; uaria organa atq; Astronomicas tabulas ex ære conficiens, longo usu Anaglypticam artem, quæ res in ære, auro, & alijs metallis deliniantur, adeò percepit, ut in ea suo tempore nulli esset secundus. Id quod etiamnum uita S. Galli, ab eo ad uitum in ære expressa, declarat. Is semper in opere erat, aut sese in Musicis instrumentis delectabat. Pietate etiā & omnis generis uirtutibus erat conspicuus, ut meritō ab omnibus diligere fuit. Hinc factum, ut is post mortem inter sanctos cōnumeratus, atq; diuorum catalogo inscriptus fuerit. Floruit sub Carolo Crasso Césare, anno Christi 880. Ioan. Stumpff. lib. 5. Heluet. cap. 5.